

A alter concurrere ad actionem, quam producit, ac merum instrumentum Dei naturale, non ut causa libera, & domina sue actionis. Lib. 2. Infit. cap. 3. §. 7. & 11.

Sed veritatem Catholicam rotantur ex Scripturæ, que nos vocant operarios, cooperatores Dei, plantatores. Uti Matth. 20. 1. ad Cor. 3. Item ex qua opera pietatis fieri suadent. Ioh. 2. Hier. 1. Ezech. 18. Ioh. 6. Denique que aperte demonstrant, hominem à Deo vocatum posse non venire. Prov. 11. Matth. 22. Ioh. 6. Att. 7. Et Apocal. 3. Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum. Dicit Calvinista, Non possum aperire.

Testimonia Patrum innumera recenset Bellar. sup. l. 6. c. 11. & Conciliorum quoque decreta in fine capitis. Quibus adde Conc. Trid. sess. 7. c. 5. & Can. 4.

CUR DATUM.

Liberum arbitrium datum fuit Angelis & Hominibus, ad Dei gloriam, & potentiam, & iustitiam manifestandam. Quippe quod eos condiderit liberi arbitrii, ostendit providentiam suam esse inexhaustam, & iustitiam eximiam, quia iustos præmiis, malos penis afficit. Elucet etiam summa illius bonitas, quæ facit, ut verbum haghab, flagravat amore infans, exaruit impudico affectu erga aliquem, deperit amore, Ezech. 23. 7. 9. 12. 16. 20. Hinc & ardo, amo, diligo. Cognationem habet verbum haghab, cum verbo hagham, quod significat, amore uror. Vehementes sanè sunt amores honesti, ut & inhonesti affectus. Haghab autem semper accipitur de flammis impuris & amore lascivo.

QUALE IN STATU INNOCENTIE. Communis Doctorum est sententia, Liberum arbitrium Adamo in statu innocentie datum, duabus in rebus fuisse potentius nostro. Primum in executione voluntatis, cum nullam sentiret rebellionem partis inferioris, eique omnia membra ad nutum servirent. Nos autem, quamvis sumus liberi ad eligendum pro arbitrio, vel non eligendum, tamen ob rebellionem que in nobis est, non sumus semper æque prompti in exequendo. Ita ut cum Apostolo dicere cogamur: Quod nolo malum, hoc ago etiam. Adam solis viribus liberi arbitrii poterat resistere tentationibus, ad quas nos speciali egemus auxilio. Unde & ipse poterat resistere motibus carnis, C non errate invitus: quod nos ita non possumus.

Rursus nos post lapsum gratiæ Dei adiutoriū requirimus, ut opera pietatis producamus. Unde liberum arbitrium in nobis non nihil infirmum, & attenuatum esse per peccatum primi hominis, communiter docetur, ut neque in Deum credere, aut eum diligere possimus, nisi Dei gratia & misericordia nos præveniat. Videatur Conc. Trid. sess. 7. c. 5. & Can. 4. Quomodo autem Liberum arbitrium consistat cum providentia & prescientia Dei, & qua ratione consistat cum auxilio gratiæ, & hæc illi cooperetur, videat solitè & eruditè tractatum curiosus Lector, apud Io. Driedonem, & Ruardum Tappertum, qui hæc nostra ætate id argumentum ex professo tractarunt. Rob. Bellarm. ex coramdem scriptis breve totius hujus questionis compendium digessit, Lib. 6. de grat. & liber. arbit. cap. 15. tom. 3. controu.

\* Liber Vitæ.

QUIS DICENDUS.

DE Minuit hujus Lib. in Apocal. sua Ioh. 2. ubi de innovatione mundi sub finem futura differens, dicit: Vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt, & alius liber apertus, qui est Liber Vitæ: haud dubiè Liber iste est, in quo soli prædestinati scripti erunt. Unde additur sub finem: Et qui non est inventus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

Hic autem Liber metaphoricè explicatur à S. Th. 1. p. q. 24. art. 2. Quia namque constructum est apud homines, ut illi qui ad aliquod eliguntur, in libro conferantur, aliove inferantur: prædestinati autem eliguntur à Deo ad gloriam, ideò cò ipsa Dei notitia, qua Deus firmiter retinet, & quodam modo in suo intellectu conscriptum habet, quos prædestinavit, Liber vitæ nuncupatur. Sic eadem illius notitia accipitur per libros istos plures, in quibus opera reprobatorum scripta ibidem referantur. Quamvis non dicatur propriè Liber mortis, quòd non soleant repudiandi in album inferi. Ita rursus S. Thom. supra. S. Paulus autem dicit ad Phil. c. 4. Nomen Clementis & aliorum adiutorum ipsius, scriptum esse in libro vitæ. Et Apocal. 3. Qui victeris, non delebo nomen ejus de libro vitæ.

Libido.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

LIBIDO, Græcè ἐπιθυμία. Est autem libido, quicquid libet, diciturque à labando, secundum Varr. quòd quæ placent, in mentem prolabantur. Unde non modò turpia, sed etiam honestarum rerum voluntas libido dicitur. Sallust. Magister in decoris armis, & militariis equis, quam in fortis, atque conviviis libidinem habent. Terent. Neque turba libidini adversabor, hoc est, voluntati. Si verò libidinem simpliciter dicimus, neque cuius rei additur, de Venerea intelligimus: hinc libidinosus, hoc est, in libidinem propensus: & libidinosè, molliter, lascivè, descendunt. Libidinis sunt Ira, Excandescencia, Odium, Inimicitia, Discordia, Indigentia, Desiderium, & cetera hujusmodi, secundum Cic. lib. 4. Tus. quest.

Libido, cupiditas, inordinatum desiderium, Hebr. haghab, amor illicitus, perditus & infansus, Ezech. 23. 11. hagbabim, in plur. numero, Amores infans & libidinosi, amores scortatorum, Ezech. 33. ad finem, à verbo haghab, flagravat amore infanso, exaruit impudico affectu erga aliquem, deperit amore, Ezech. 23. 7. 9. 12. 16. 20. Hinc & ardo, amo, diligo. Cognationem habet verbum haghab, cum verbo hagham, quod significat, amore uror. Vehementes sanè sunt amores honesti, ut & inhonesti affectus. Haghab autem semper accipitur de flammis impuris & amore lascivo.

DE ILLUS TURPIDITUDINE

\* APROPHETGMATA.

BION, Alcibiadem hoc elogio taxavit, quòd adolescens vitos abduxisset ab uxoris; juvenis factus, uxores à vitis. Laert. l. 4. c. 7.

DIOGENES animadvertens Olympionicem quendam oculos deligere in sortum, aded ut præteritum capite reflexo inueneret: Ecce, inquit, ut arces Martius à puella publica oborto collo victus abducitur. Ridiculum eximiambat certare cum electis viris, & à vili puella veluti captivum trahi sine funibus. Laert. lib. 6.

STRATONICUS, quum egredere Heraclea civitate, portas ac menia circumspiciebat: percontanti verò eundem, quid circumspiceret? Pudet, inquit, si videat exire è lupanari: notavit corruptos ejus civitatis mores. Sunt ejus nominis civitates multe, sed de Heraclea Thrasie senit opinor. Eras. l. 6. Apoph.

LUSTUS, Marii ex sorore nepos, quum Marius iterum consul esset, vim admovit militi cadum adolescenti nomine Trebonio: at is Lustum interfecit. Id eundem multis incusantibus, non inficiatus est adolescens se ducem suum interfecisse: sed causam addidit, ac probavit. Marius itaque quum jusserit asseri coronam, pro facinore in bello præclate gesto dari solitam, Trebonio imposuit: gravi exemplo moneus ceteros, ne simili modo tentarent adolescentium pudicitiam: quando non solum absolveret, verum etiam coronavit eum, qui & Imperatoris cognatum & ducem suum necasset. Plut. in Rom. Apoph.

NERO puerum Spotum exactis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Addita dos, additum flammæum, addita celeberrima nuptiarum solemnitas. Quid multis? palam pro uxore habuit. Hic fertur cujusdam non infantis jocus: Benè agi potuisset uxorem humanis, si Domitius Neronis pater talem habuisset uxorem. Sentiens, exito totius orbis natum Neronem: Is nunquam fuisset natus, si pater Spori similem habuisset vice conjugis.

In serico & in pannis eadem dominatur libido, nec regum purpuram timet, nec mendicantium spemittit quallotorem: multòque melius est stomachum dolere, quam mentem: imperare corpori, quam servire: gressu vacillare, quam impudicitia. Nisi statim nobis potentia subsidia blandiantur, quæ sunt infelicium remedia, cavendum est vulnus, quòd dolore curatur. Hieron. in ep. ad Salu.

Venter mero estuans citò spumat in libidinem. Venter enim & genitalia vicina sunt: & unum alteri subministrat. Ex vicinitate enim membrorum sequitur confederatio virtutum. Hieron. in epist.

In arce Nunziitensis haud procul à Londino in Anglia sub imagine Adæonis, infra scripti versus leguntur: Quisquis ut Alceon grassante libidine nullus Imposuit franos oculos, animique furori: Bellua sit, monstrumque hominis, semetque vorandum Dat

Dat canibus propriis, dum mens adfectibus ignes Subjicit, & nullo retinet moderamine sensus.

ADMONITIO AD LECTOREM.

Mirabitur fortassis benignus Lector, quòd presenti Loco, qui ipsa nominis appellatione turpiditatem adfert, pleræque minus pudica, aut saltem non bene honesta, queque à probis avibus arceri deberent, immixta reperiat: cum enim ea summo studio à veterum scriptis fuisse conquisita, & in methodum argumenti dilata, eadem permixta paucis sanum delectis, judicavi anquam venena, ut dum cam Ethnicorum aliorumve improbitatem Christiani detestarentur, simul etiam ad mentis & corporis puritatem animum intenderent.

LIBIDINIS IMPUDICITIE ACQUISITIO

QUOD EFFECTUM.

Quòd pertinent.

MAGISTRI, INCENTORES LIBIDINIS

& impudicitie alienæ.

33 Confule Tit. Poeta turpes & impudici. Item Tit. Meretricium, quatenus lupanarium illa ratio habetur.

CUIUS PUTA

Scortationis. Lupanaria instituta, approbata.

Venerem, quam ex spuma maris procreatam Poeta testimonio sunt, impudicam, ad omneque divulgatam libidines fuisse, propalam est quippe quæ plures ex adulterio filios procrearet. Nam ex famulo maris stupro genuit Harmoniam, de qua Plur. in vita Pelopidæ meminit: ex Mercurio Hermaphroditem, ex Jove Cupidinem, ex Anchia Eneam, & ex Bute Erycem. Quos obres, amorum gratiarumque, item pulchritudinis & deliciarum & voluptatum omnium, & libidinis atque coitus dæ habitata est. Hæc, ne sola impudica videretur, omnium prima, teste Laert. lib. 1. ut est in historia, quam præcis Sacram appellabant, meretriciam artem infirmis, auctorque mulieribus in Cypro infulsa fuit, ut vulgato corpore quantum fuerent. Ex quo apud Cyprum, teste Iustino Can. lib. 18. mos inolevit, ut virgines ante nuptias statutas, non libentibus consentitas, in quantum ad litus maris mitterent, pro reliqua pudicitia liberantem Venere soluturas. Harum ex numero Lxxx. admodum virgines tapi, & in naves imponi iussit Elisa, quum illas transiret è Tyro fugiens, ut juvenes matrimonio, & urbs sobolem haberet.

Apud Babylonicos consuendo fuit, ut eum rem domesticam consumpissent, ob videns inopiam filias suas adigerent ad quantum corpore faciendum. Item mulieres semel in vita omnibus indigenis communes erant, teste Herod. lib. 1.

Athen. lib. 12. indicat, Polycretem apud Samios mulieres aliquot voluptatum architectrices instituisse, ad exemplum Anconis ducis Sardiorem; eumque locum Laue dictum fuisse, sive Samiorum adon, hoc est, flores. Idem addit, Omphale, ejus gentis reginam, per vim virginis dominorum cum eorum servis inclusisse ad stuprum, ne sola haberetur impudica. Lydos autem eum locum, in quo femine constuprabantur, γυναικων δεικων dixisse, sceleris atrocitatem verbo mitigantes.

Thrace virgines non aservant, sed quibus libuit cum Diviris, concumbere sinit. Herod. lib. 3.

Illyricorum virginibus, quæ appellant, nonnunquam annor. xx. more patrio non denegatur ante nuptias succumbere quibus vellet. Varro l. 2. c. 12. de Re rustica.

SOLON, ut ab adulteris cohereretur juvenitas, coemptas meretriculas Athenis proficitur primus, obviaque in venere esse voluit, ne matronarum stupro pollueretur. Alex. h. 4. c. 1.

Quum aliquando adiret scortum Aristippus, sensit quendam ex adolescentulis, qui aderant, erubescere: quasi turpe esset, philosophum ingredi fornicem. Ad hunc verus: Huc, inquit, ingredite turpe non est adolescentis: egredi non posse, venere: non ignoscendum, si quis ad dictus voluptati serviat. Hoc dictum illo seculo probati poterat, quò nulla lex veritatis cum scorto condati: nunc præter arguam nihil habet laudabile. Laert. l. 2. c. 3.

CRATES Thebanus, cum filium Pasiclem in meretricis domum perduxisset, dixit: Hoc tibi est patrium conjugium. Nam mæchi tragici patriam referunt exilia ac cedes Comici

autem fornicatores, ex luxu & temulentia lucrificanti infamiam. Sensit homo ethnicus, quasi tragicam esse rem adultarium, quòd plerumque crudelis sit ejus exitus. Scortario autem esse comicum. Scortario enim non mortis damnatur supplicio: nihilominus tamen, qui deperunt in meretricem, in comædiis inducuntur infans similes. Laert. l. 6. c. 5.

Amantissimus quidam filii, cum eum inaccessis ac periculosos facibus accensum, ab infans cupiditate parer inhibere vellet, salubri consilio patriam indulgentiam temperavit. Petiit enim, ut priusquam ad eam, quam diligebat, iret, vulgari ac permissa venere uteretur. Cujus precibus obsecutus adolescens, infelicis animi impetum, satietate licentis concubitus resolutum, ad id quod non licebat tardiore pigritemque afferens, paulatim deposuit. Val. l. 7. c. 3.

Veneri è Germania olim quatuordecim certo stipendio meretriculas conducebant, quæ vulgi prostant libidini, iuxta catinificinam publicam, ubi D. Mathai sanum est. Cæterum ea fuit Venetiarum mulierum docilitas, ut barbaricum non sit opus scortillis, quando re ipsa ostenderunt, five copiam, five artem meretriciam spectes, xpiostovav. Idem aduvar. Egnat. l. 6. c. 1.

Cæterum per Italiam & Hispaniam, & plerisque civitatibus celeberrimis aliarum Provinciarum, ad privatas libidines sedandas, & adulteria cohibenda, prostitula è publico eriguntur, aut permittuntur. Quin & alibi, ne plures ad scorta intrantes lue venere inficiantur, Medici stipendio aluntur, ut illi malo invigilent, & scortorum curam gerant, uti fit Veneciis & alibi.

Incestus.

PARYSATHIS auctor fuit filio Artaxerxi incestus cum Aroffa filia. Hanc enim cum animadverteret regem perdidit, ac occultè amare, fuit ei, ut puellam duceret, quamvis eam Tribazo satrapæ jam deponderit. Legem enim Parris ipsam à Deo, honesteque & inhonesti datum notam dicitabat. Plut. in Artax.

PTOLEMÆUS Aegypti Rex, ut sororis suæ conjugio libere potiretur, passim fratrum & sororum matrimonia permisit. Alex. l. 1. c. 24.

HERACLUS Imp. incesti fuit legislator amoris, ut commo- G datus Martinam filiam fratris ducere possit. Suidas.

ANDRONICHUS tyrannus Ikenem, ex consobrina Theodora Comnena natam, & Alexium, Manuclij ex incesto concubitu Theodoræ filium, voluit jungi matrimonio. Conventu itaque cum politicorum, tum Ecclesiasticorum indictio, breve scriptum publicè recitandum & deliberandum cætu exhibet, ejus quidem hæc erat summa: An ferendum esset matrimonium, quod cum parum aut nihil potius incommodi præferret, tamen ad Orientis & Occidentis conjunctionem, & ad captivorum redemptionem pertineret, & plura alia commoda republicæ allatum esset? Maxima pars largitoribus corrupta, negabat eas personas inter se cognatas esse, quia illicitis nuptiis essent procreate. Pauci contra sentiebant, incestas esse eas nuptias, eamque ob causam minime approbandas. Patriarcha Theodosius, cum nil se proficere cerneret, in insulam Terebinthum, ubi & diversorium & sepulchrum sibi struxerat, in spontaneum exilium abiit. Andronicus nuptias incestas perfecit, Bulgariae Episcopo, qui tum in urbe erat, omnia pro votis Andronici peragente. Mox Cameraco Basilio Patriarchatum detulit, aut potius vendidit, cum promississet, se quicquid cordi esset Andronico, facturum. Nicetas in Alexio Commeno.

Imp. Henricus IV. quum jam alteram sibi junxisset uxorem Utonis marchionis viduam, nihil modestius in ea se gessit, quam priore. Nam solum suum Conradum, optimum adolescentem, & qui meliori parente dignus videretur, ad uxoris terrur invitasse complexum. Quumque horretet infansum crimen bonus juvenis, ut eum ad scelus animaret, fertur illi in aurem dixisse, se patrem illum non esse, nati adulterio: & ideò thorum suum non esse illi tantoperè refugendum. Magis magisque aucto in prudente juvene horrore, meditatur patris cedere furori: itaque fecit, concedens in Italiam. Ibi præsidio Mathildis nobilissima femine succensus est: cum pater illum jam antè regem jusisset coronari. Regina verò elapsa de manibus Henrici, pervenit & ipsa in Italiam, ductaque Mathildis ad Urbanum Pontificem. Post reversa in patriam, monasticam vitam ingressa est. Crantz. lib. 5. Aetrop. c. 21.



**A P A E R A S T I A E .**  
**HEROD.** Persas ait à Græcis doctos pueris consecrere. Atqui quomodo à Græcis Persæ hujus libidinis acceperint institutionem, apud quos testantur ferè omnes, prius quam mare aspexissent Græcum, & exfectos fuisse pueros? *Plut. de Herod. anal.*  
**ESCHYLUS** & **SOPHOCLÉS**, per tragædias amores in theatra induxerunt. Alter Achillis erga Patroclum, alter Niobes erga filios. Quo effectum fuit, ut tragædiam nonnulli postea Pæderastiam nominaverint. *Athen. l. 13. c. 27.*

**ADULTERIORUM.**  
**LUCIANUS** jure optimo, in dialogo de Mercurio & Sole, Jovem exagitat ut adulteriorum auctorem, cum ante illum Saturni tempore magna esset pudicitia existimatio. *Ivo. Sat. 6.*

*Credo pudicitiam Saturno rege moratam  
 In terris, visamque diu, cum frigida parvas  
 Præberet spelunca domos, ignemque, laremque.*  
 In Græcis Epigrammat. Poeta quidam nonnulla Jovis adulteria connumeravit:

**B** *Fit taurus, cygnus, satyrusque, aurumque, ob amorem  
 Europe, Leda, Antiope, Danae.*  
*Natal. Comæ. mytholog. lib. 2. cap. 1.*  
 Ex Solonis legibus femine, quæ viros parum ad rem veneream idoneos fortiter essent, unum quem vellent, ex matris propinquis, impunè admittebant. *Sab. lib. 5. En. 2.*

**HELIUS** Cinna Trib. Pleb. plerisque confessus est habuisse scriptam paratamque legem, quam Jul. Cæsar ferre jusisset, quam ipse abesse, uti uxores liberorum quærendorum causa, quas & quor ducere vellet, liceret. *Svet.*

**MONSTRORUM LIBIDINUM.**  
**TIBERIUM** Imp. horrendam libidinum magistrum, *Svet.* tradit.

**QUOMODO NIMIRUM  
 RELIGIONE.  
 Vide Tit. Bacchanalia.  
 LEGE, IMPERIO.**

**MESSALINA** Claudii Imp. uxor cogebat etiam cæteras mulieres luxuriosè & perulenter vivere, effecitque, ut multæ in palatio viris suis præsentibus ac videntibus cum adulteris coirent, eorumque viros ipsas diligere, honoribus atque dignitatibus augere: cæteros qui id non paterentur, odio habere, ac modis omnibus perdere solebat. Claudius autem multo tempore harum rerum erat ignarus, propterea quod Messalina ancillulas quasdam ei suggererat, cum quibus rem haberet. *Xiphilin.*

**NERO** Imp. post multa atque diversi generis edita spectacula, publicè juraturosam in theatro cenam dedit. Cumque in ea unà cum Tigellino medium ipse teneret locum, concessit, ut in tabernis atque lupanariis, quæ ibi ædificaverat, omnes ingrederentur, atque cum omnibus mulieribus rem haberent. Aderant autem pulcherrimæ & clarissimæ ancille, libertæ, scorta, virgines, uxores multorum civium, non solum plebejæ, sed etiam nobilissimæ puellæ & mulieres: ubi poterat quisque, ea quam cuperet, potiri: negare licebat nemini. Tum fervens cum domina, præsentè domino suo, & gladiatorum cum virgine nobili, spectante patre, rem habuerunt. *Xiphilin.*

**ULTIA** Gothorum rex in Hispania, nullum genus libidinis intentatum reliquit: & tam clericis quam laicis licentiam dedit tor mulieres, quot vellet, ducendi. Hoc modo omnis castitas & honestas proscripta fuit.

**EVENUS** III. Scotorum Rex, centum concubinas ex nobilioribus matronis virginibusque delectas habuit. Legem tulit, ut liceret singulis plures uxores, aliis sex, aliis decem pro opibus ducere: ut nobilibus plebejorum uxores communes essent, denique ut virginis nuptæ florem loci dominus delibandi potestatem haberet. *H. Boet. lib. 3.*

**ADHORTATIONE.**  
**ALEXANDER** Mag. postquam in regiam Gedrosiæ venit, relaxavit exercitum intempèstivis convivis. Ferunt remulentum chororum ludos spectasse, a masium ejus Bagoam choragum palmam obtinuisse, exornatumque medio theatro transisse, & ad latus ejus confedisse: Macedonas, cum id viderent, plaudentes, ut osculum ei ferret, & conclamasse, quoad illum complexus & diffusivatus sit. *Plur. in Alex.*

**CLEONYMUS** Spartanus Rex, uxorem formosam & familiaris regis Chelidonidem, Leontychidis filiam, duxerat: quæ Acrotati amore, Atii (qui Cleonymi frater erat) filii, deperibat. Pyrrho urbem oppugnante, Acrotatum & Senes &

Mulierum caterva præclatè certantem contempnit fuit. Eum jam media oratione stationem suam repereret crevissent, & exultans elatuque victoriam, celsior ac pulchrior est Lacænis visus, Chelidonidemque, quoddam talem haberet amatorem, prædicaverunt beatam. Præterea grex senum securus conclamavit: Perge Acrotate, & complectere Chelidonidem; tantum bonos Sparte procrea. *Plur. in Pyrrho.*

**DOCTRINA, EXEMPO.**  
**BALAA**m docuit Balach Regem, quomodo per mulieres posset Israelitas ad idololatriam peccatum trahere, & Dominum contra illos ad iram provocare. *Nim. 23. & 24.*  
**PHOCUS**, Phocionis viri optimi & fortissimi degener filius, cum amore cujusdam puellæ apud lenonem degentis teneretur, ac fortè fortuna Theodorum Atheum in Lycæo ita audisset differere: Si non est turpe solvere amicum, amicum quidem solvere turpe erit: si socrum, ergo & sociam (traipeas Græci scorta vocant) liberare licebit; hunc sermone suæ cupiditati accommodavit, & puellam tederunt. *Plur. in Phocione.*

Romani Alcæum & Philiscum Epicureos ex urbe eiecerunt, quod multarum flagitiosorumque libidinum auctores essent, & voluptatibus contra rationis præscriptum indulgerent. Messenii quoque Epicureos expulerunt, ne aliorum vitam turpissimis moribus inficerent. *Ælian. lib. 9. Var. hist.*

**DE CRATE THEBANO** *Vide paulo ante.*  
**CALVIA** Crispillina fuit magistra libidinum Nerois, digna discipulo magistra. *Tacit. lib. 17.*

**FLORENTINUS** quidam Benedicto Abbati insidians, quem occulta fraude vincere nequivit, aperto bello aggredi decrevit: Meretriculas de prostibulo evocatas in hortum monasterii adduxit, quæ impudenter inter se lascivientes, monachos ad libidinem provocarent. Abbas, cum jam non vitæ suæ unius, sed animabus cunctorum, qui secum erant, periculum verti vidisset, loco cessit, & unâ cum suis longius migravit. Florentinus, quod eos fugere compulisset, exultans, repentino pavimento collapsus elusus, expiravit. *Marul. l. 5. c. 2.*

**ARCHITAS** Harmoniacus, ut inquit Chameleon, Alcmenem scribit amatoriorum carminum ducem fuisse, primumque intemperans carmen edidisse. *Athen. l. 13. c. 26.*

**STEFICHRUS** lascivus genus hoc cantilenarum constituit, quæ antiquitus *trudæ* sunt dicebantur. *Athen. l. 13. c. 27.*  
**CRATINUS** de variis modis concubitus scripsit. *Vide Tit. Poetæ impudici.*

**SOTADES** Maronytes Cinædus & Poeta, turpissimus scripsit Jamborum libros, quos appellavit Cinædos, lingua Jonica: in quibus libidinum lascivæ species & descriptiones incant. De quo Martialis dicit:  
*Nec revò lege Sotadem Cinædem.*  
 Retrò enim ejus carmina legebantur, ut sensus tegetetur. *Volat. lib. 19. Amb.*

Verè pudicus non de suo tantum, sed & aliorum pudore sollicitus erit. Quid ergo de Catullo sentiendum, qui Aurelio & Furio patricis dura minatur?  
*Qui illum ex versibus suis putarint,  
 Quod sint molliculi, parum pudicum:*  
 Execulationem verò addit frigidissimam:  
*Nam castum esse decet pium Poetam  
 Ipsum, versiculos nihil necesse est:  
 Qui tum denique habent saltem, ac leporem,  
 Si sint molliculi, ac parum pudici.*

Elephantis lascivissima femina, Philænis meretrix Leucadia, & Astryanassa Helenæ Menelai ancilla, de variis generibus concubitus libellos figuris ornatos ediderunt. *Cyrald. in Poet. Hist.*  
**Gnathæna** meretrix, legem convivalem conscripsit, juxta quam ad ipsam ejusque filiam convivas accedere oportebat: quod ad eorum philosophorum emulationem faciebat: qui res hujusmodi conscripserunt. Hanc legem scripsit Callimachus in tabula tertia legum. *Athen. lib. 13. cap. 14. & 17.*

**CULTU CORPORIS.**  
*Consule Tit. Fucus & ornatus corporis, quatenus Libidinis aliena irritande causa sit.*

**CONCESSIONE**  
**Scotorum.**  
 Alexander Antigennem, cum dimissis in Macedoniam exsontica causa immicississet, eferat; nomen suum professus ut.

An manifestus fuit scitæ valetudinis, qui validus esset: virum militarem, & corpus ejus vulneribus conspiciens concisum, indoluit Alexander. Quo causam requirente, Telephippa amore se deperire fatuus est, eamque deducere ad mare, quod ejus desiderium non ferret, voluisset. Ibi: Cujus est hæc mulier, inquit Alexander, & quis de ea appellandus? Ingeniam esse ostendente Antigene: Ergo adducamus, inquit, eam, ut hic maneat, promissis & donis. A deo cuius civitatis amanti quam sibi ignoscerebat. *Plur. orat. 2. de Alex. fortuna.*

In exercitu Q. Fabii Max. adolescens merebat Tarentinum, in quem fororis, quæ comitens merebat Tarentinum, summa fides & pietas extabat. Ejus amore Brutius quidam (quem Polyen. l. 8. Abrentium vocat) præsidii, quod Tarento Annibal imposuerat, præfectus deperibat. Is re cum Fabio communicata, in urbem ad forem contulit se pro transfuga. Brutium acceffit mulier, eique fratrem conciliat. Mox adjutor hoc in amore, cum magis quam antè facilem illi & obnoxiam videretur præstare forem, ita eum devinxit sibi, ut non difficulter prætorum spe præmiorem, quæ Fabium offendit donaturam, perperat ad prodicionem. Nobis igitur constituta, cum alio loco tumultus exoriretur, alio Fabii milites castris ascenderent, captum fuit Tarentum. *Plur. in Fabio, & Liv. l. 7. Decad. 3.*

**Q. FABIO** Maximo Cos. militem Lucanum manipulares detulerunt extra castra pernoctare, & signa sæpè relinquere. Fabius, Qualifiam alius esset? rogavit. Cum omnes confirmarent, Nemini militum secundum esse, simulque eximia quædam ejus decora acta facta commemorarent: causam sibi ejus abstinere perquisivit, amote muliercule invenit captam, & illius fruendæ gratia longum quoridie iter & periculum plenum à castris commearat. Mittit igitur certos clam milites, à quibus attractam puellam in tentorio suo occulit. Luciano inde remorsus arbitris accessit: Non me fessellit, inquit, contra disciplinam militarem te, & contra leges Romanas, crechè extra castra pernoctasse: nec verò etiam virtutes ignoravi tuas. Factis tuis strenuis quam commisit, condonabo fraudem: posthac alteri mandabo tui custodiam. Stupente milite, producit mulierem, atque ei tradit, additque: Hæc spondet te in castris mansurum: tu te ostendes, num quod aliud hoc facinus castra deserueris, cujus causæ amorem & hanc prætexeris. *Plur. in Fabio.*

**Vxorum.**  
*Vide paulo post Lenonum titulum. Hic Affectus, illic Subjecti, quod acquiritur, ratio habetur.*  
**IN DENTONIS UXOREM, Martialis l. 8.**  
*Nescio quid de te non belle, Dentofateris;  
 Conjuge qui ducta, jura per æterna petis  
 Sed jam supplicibus dominum lassere libellis  
 Desine, & in patriam serus ab urbe redi:  
 Nam dum tu longè deservis a uxore, diuque  
 Tres queris natos, quator invenies.*

**LIENUS** Valerianus Imp. cum Christianos à sevitia tormentorum invictos esse videret, blandis rationibus illos expugnare instituit. Inter quas etiam hæc fuit, quod adolescentem in mollis lecto ligatos, proterè faginosas a nudis mulierculis tentari voluit. *D. Hieron. in vita Pauli.*

**DISCIPULI.**  
*Vbi Magister, ibi Discipulus. Proinde ex præced. huc pleræque, personarum tamen respectu diverso.*  
**LEGE, CONSUETUDINE IMPUDICI FACTI.**

Apud Babylonios, omnes mulieres indigenas oportet semel in vita, ad Veneris templum descendentes, cum externis viris consuetudinem habere. Multæ verò divitiis tumentes, cum sui copiam alius facere aperte nolint, vehiculis tamen cameratis subvectæ, pro templo consistunt, relicta interim à tergo magna multitudinis turba. Pleraque autem hunc in modum faciunt. Ad templum Veneris sedent, corollis tempora revinctæ, è quibus dum alia fororum abeunt, aliæ regrediuntur: nam transitus undecunque sic funiculis distincti, aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique liberit, deligendam. Cum semel illis confederint, non prius domum regrediuntur, quam hosipitum aliquos pecuniarum mulier in gremium injecerit, & cum eadem a sano fororum abduca rem haberet. Hosipitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet: Tantè ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Afsyrii Venerem appellat. Pecuniam illam, quantalacunque sit, non est fas res-

tere, sed in factum convertitur usum. Neque mulieri licet hosipitem aliquem repudiare: sed quicumque is est, qui pecuniam objecerit primùm, hunc illa sequitur citra delectum. Postremò ubi jam congressa fuerit cum extremo muliere, dea expiata, domum revertitur, ac deinceps facile cui-libet committetur. Jam quæ forma sunt elegantiores, citius expediuntur: quæ verò deformes, diutius coguntur desistere pro templo, antequam legi satisfaciant. Firque interdum, ut uno atque altero anno, aut etiam triennio, atque amplius expectare oporteat miseram. Alicubi, nempe in Cypro, similis quædam lex est. *Herod. l. 1.*

**CONVERSATIONE.**  
**BUBULCUS** illic apud Bionem, Bucolis (referente Stobæo *Serm. 61.*) hæc de seipso avertit:  
*Αὐτὰρ ἐγὼ μὴ κίχρησ ἰδὲ ὑπὸ ὄρει παρὰς.*  
 Magna mihi Venus adhuc dormienti adfudit, infantem Amorem pulchra manu ducens, in terram nutantem, ac his me verbis afata est: En tibi, chare Bubulce, Cupidinem, ut eum canere doceas: sic loquuta abiit. Ergo autem mea pastoralia carmina stultus, tanquam didicere volentem, Cupidinem docebam: quomodo fistulam obliquam Pan invenit, Minerva tibiam, testudinem Mercurium, & citharam dulcis Apollo. Hæc ipsum edocebam, nihil curantem mea carmina. At ipse mihi canebat amatoria, meque docebat mortalium & immortalium amores, & matris opera suæ. Tum ego oblitus illorum quæ Amorem docueram, quæcunque me docuit Cupido, amatoria luncta didici.

Spartanas mulieres ob nimiam vivendi libertatem parum pudicas esse, testantur hæc verba Pelei, Latinitate donata, increpantis Menelaum, apud *Euryp. in Hecuba*: Neque si velis quisquam, casta esse queat Spartana puella, quæ cum juvenibus relinquens domos, nudis femotibus, & tunicis dissolutis, cursus & palastras non tolerabiles mihi communes habent: & tamen mirum videtur, quod non castas mulieres educatis?

**PEREGRINATIONE.**  
**DE** Lavina casta, & ad Bajas adultera, *Martial. l. 11.*  
*Casta, nec antiquis cedens Lavina Sabinis,  
 Et quamvis setrico tristior ipsa viro:  
 Dum modo Lucrino, modo se permittis Averno,  
 Et dum Bajanis sæpe fovetur aquis:  
 Incidit in flammis, juvenemque sequuta, relicto  
 Conjuge, Penelope venit, abis que Helene.*

**OTIO.**  
**PROCI**, Penelopes, Agisthus & similes, intemperantiæ suæ fomitem habuere otium. Unde *Ovidius*:  
*Quæritur Agisthus, quare sit factus adulter?  
 In promptu causa est, desidiosus erat.*

**PICTURA.**  
 Chærea Terentianus tabula picte aspectu, quæ Jovis in Danaes gremium aureo imbree se se effundentes fabulam continebat, ad vim plæstræ inferendam excitatus fuit.

**EXEMPO BRUTORUM.**  
**BARBARA**, Sigmundus Cæsare mortuo, cum ei diceret aliquis, imitandum turris exemplum, quæ mortuo marito perpetuam castitatem servaret: Si me, inquit, ratione carentes imitari volucres jubes, cur non columbas potius, passerelque proponis? *Æn. Sylv. de dictis Sigism. & Friderici Imp.*

**LIBIDINIS ACQUISITIO QUOAD  
 SUBJECTUM SIVE OBJECTUM.**

Quatenus rem amatam acquirunt, vel saltem acquirere conantur: Vel **IPSIMET INHONESTIS, INDIGNIS MODIS.** Puta **HOMICIDIO, CÆDE EORUM QUI** Impedire possent.

*Consule Tit. Perfidie Vxorum vel Maritorum erga conjuges, quatenus in gratiam pellicum vel concubinarum conjuges interficiunt.*

**PHOCUS** Bæotus origine (erat enim ex Clisante) pater fuit Calirhoes puellæ specie & castitate eximia. Hujus nuptias juvenes triginta totius Bæotiæ spectatissimum petebant. Verim alias ex aliis moras Phocus, ne vis sibi adferretur, timens, ne daretur. Denique obsecrantibus illis, Apollinis arbitrio optionem relinquere volebat. Ea oratione illi inflammata, impressione



A sane data Phocum obtulerunt. Medio tumultu puella effugit per campos. Insequentes juvenibus, rusticis qui in arca frumentum coarcebant, eam absconderunt in frumento. Ita salute parca, festum expectavit omnibus Bœotis solenne. Tunc Coronam profecta, supplex in Junonis Itoniæ ara sedebat, ac procorum flagitium narrans, nomen cuiusque, & patriam edidit. Misericordia ducti Bœoti puellæ, exarserunt itacunda in juvenes. Qui dehis edocti, Orchomenon confugerunt. Rejetti ab Orchomeniis, conulerunt se ad Hippotas (vicus erat prope Heliconem, inter Thebas & Coronam jacens) hi receperunt eos. A quibus cum per legatos exposcerent Thebani Phoci percussores, neque illi dederunt eos: bellum intulerunt cum communi Bœotorum duce Phædo, qui per id tempus imperium Thebanorum regebat. Circumfidentes vicum, qui munitus erat, fame eum expugnaverunt, homicidæque saxo obtulerunt: incolas vici in servitute abriperunt, mœnibusque ac tectis disjectis, dividerunt agrum Thebanis & Coronæis. Noctæ quæ antecessit Hippotatum dedicationem, vocem ex Helicone serunt auditam dicentis cunctis, Adsum: ac vocem eam Phoci esse, procos illos omnes xxx. agnovisse. Quo die lapidibus fuerunt obturati, monumentum hujus feris in Clisæe cœco memorant fluxisse. Phædum Thebanorum rectorem & ducem ex bello regressum, cum nunciaturum esset ei natam filiam, accepto omnino, Nicostatam appellasse. *Plut. in hystor. Amatoris.*

Cammæ feminæ Galaticæ, forma eximie, Sinato tetrarchæ nuptæ, amore Sinorix Galatarum potentissimus flagrans, eò quòd vi stuprum ei offerre vivente Sinato, vel inducere non posset, interfecit illum. Erat Cammæ solamen & allevatio doloris paternum Dianæ sacerdotium, ac ferè in delubro degebat, nec ullum ex multis suis ex potentibus procis admittebat. At cum non dubitasset eam Sinorix de connubio appellare, hominis tentationem non rejecit, neque de admittis cum eo exposulavit: quasi eò Sinorix, ipsius charitate & desiderio, non alia improbitate impulsus fuisset. Qua spe fretus ille venit petiitum ejus nuptias. Illa processit et obviam, comiterque exceptum Dianæ aræ admovit, libavitque ex phiala aquam mulsam, ut creditur, venenatam. Inde cum prior ipsa ferè dimidium ejus exhaussisset, reliquum Galatæ porrexit. Quem ut conspexit ebibisse, altè exclamavit, appellato defuncti nomine: Hanc, inquit, dum diem ego charissime vir expecto, mœta sine te vixi. Nunc accipe me lætus: nam penas carnis tuæ ab omnium mortalium sceleratissimo sum persecuta: & confors tibi vitæ, huic moris cupide sum facta. Ac Sinorix, dum in lectica auferretur, brevi post expiravit. Camma cum diem illum & noctem supervivisset, dicitur hilari animo exanimata fuisse. *Plut. in ferm. amat.*

ASINÆUS & Anilæus Judæi fratres, Neerda Babylonie urbe orti, manu facta sceleratorum, Babylonie satrapam viceerunt. Artabanus Parthorum rex virtutem illorum admiratus, Babylonie eos præfecit, aded ut tota Mesopotamia ab Asinæi nutu penderet. In hac felicitate exactis annis quindecim, venit fortè in eas regiones Parthorum quidam dux cum conjuge. Hanc adamate cepit Anilæus. Ceterum cum nulla spes esset potiundi muliere, bello maritum ejus petiit: primoque conflictu cæso Partho, uxorem accepit: quæ tamen religionem Parthicam deferere noluit, sed publicè etiam impiis sacris operabatur. Quod cum amici reprehenderent, Anilæus mulieris victus amore, quosdam occidit, eademque Asinæum veneno sustulit. Itaque solus rerum potius, omnia pro libidine agere cepit, & Mithridatem Artabani generum incautum cepit. Ille dimissis, majoribus copiis Anilæum adortus, æstu confectos milites milerè trucidavit. Anilæus fuga vix elapsus, tandem simulatione pacis à Babylonis somno vinoque gravis cum assellis omnibus cæsus est. Eo tyranno liberati Babylonii, Judæos omnes exegerunt in Seleuciam. Ubi quinquennio exacto transiit, tandem conspiratione Syrorum & Græcorum cæsi sunt supra L. virorum millia, reliqui Cresiphontem se contulerunt. Ubi pariter exagitati à Grecis, tandem Neerdam & Nisibin Babylonie urbes redierunt. *Ioseph. l. 18. c. ult. Antiq. l. 7. c. 11.*

SERGIVS Catilina, ut Aurelia Orestilla frueretur, filium ejus veneno sustulit: quod is jam adultus terrori esset matri, ne secundum nuberet. *Salsit. & Val.*

NERO Cæsar duxit post alias uxorem Statilliam Messalinam, Tauri bis consulis triumphalis abneprem. Qua ut poriretur, virum ejus Atticum Vestinum Coss. in honore ipso trucidavit. *Suet.*

IRENE Augusta Alexii uxor, consuetudine Tryphonis E (qui Manuel postea dicitur) usa, mortuo matro, conabatur imperium adultero assequere. Cum enim feminæ auctipici tantum imperium administrari non posset, principes eam ad novum hortabantur connubium, ut scilicet ex omnino procerum nobilitate, quem sibi vellent, in maritum legeret. Vocato ad se isto exolero adultero, nefarium aperit consilium: Est (inquit) mihi in animo, ne novo matrimonio locata, fructu nostræ consuetudinis caream, te, si vit verè sis, ad imperii fastigium promovet. Sed ut intellige, qua id ratione confici possit. Audio te multos familiarum tuarum viros habere in agris: hos tectis armis in urbem densis itineribus, diversoque tempore inducas. Tum proceribus imperii vocatis stipulari ab eis incipiam, velint jubenturque me mibere cui velim, sint ne, cui nupiero, pro Græciæ Imp. habituri? Si id se facturos dixerint, tum ego te & meum conjugem & Imperatorem salutato, tum verbo te & meam jurate omnes. Quòd si fructu recutabunt, tum hominibus tuæ factionis ad unum trucidandos objiciam. Probat ferocis & amans juvenis mulieris consilium, atque hominibus comparatis, averfati principes tam sordidas nuptias, E ad unum omnes ferro cæsi sunt. Ceterum fabula potius quàm historia videtur esse: neque enim Alexio, sed Calojoanni successit Manuel. *Cyp.*

EDGARUS rex Anglorum Alfrædam Ethelvoli uxorem formosissimam stupravit, & maritumque ejus, ut ea poriretur, interfecit. *Polyd. l. 6. & Ramplpus l. 6. c. 11. & Guelic. Malmesbur. l. 2. c. 26.*

ADELHEIDIS, Frederici Saxonie principis uxor, maritum per adulterum Ludovicum Thuringie marchionem eum stragemate è medio sustulit. Quodam die mæchus equitum turma stipatus, ad colloquium evocat Adelheidem. Quo finito, arci vicinam sylvam ingreditur, atque in ea venati incipit. Adultera ex composito virum magnam animi indignationem simulans adit, qui tum in balneo erat, cumque timiditatis arguit, quòd Ludovicum ad arcem feras agere patitur: Ego profecto, inquit mulier, nisi sexus obstarit, ipsa ulciscerer hanc injuriam. Fridericus arma capit, paucisque comitantibus Ludovicum insequitur. Ibi cum à verbis ad verbera perveniret, Fridericus occubuit. *Chron. Mersburg. l. 2. c. 12.*

VI INTENTATA.

SEMITAMIS uxor Meionis præfecti Syria, Nino regi Assyriorum Baetrix expugnandæ rationem ostendit. Admiratus Semitamidis virtutem Ninus, eam multis donis cumulavit, deinde persuadere viro ejus conatus est, ut illum spontè sibi uxorem condonaret, pollicitus filiam se ei daturum Sofanem. Renuenti comminatus est, eise oculos, nisi pareret, eruturum. Hoc percussus timore, simul & amore incensus Menon, cum laqueo vitam finisset, Semitamidem Ninus uxorem cepit: genitroque ex ea filio Ninyæ, excessit è vita, imperio uxori relicto. *Diod. l. 2. c. 3.*

OENOMANUS cum moreretur, imprecatus est Myrtilo auriga, cujus fraude à Pelope victus erat, ut à Pelope occideretur, quod etiam postea contigit. Nam cum Pelops asportaret Hippodamiam, & eaque sitim pateretur in itinere, fecisset parumper de via Pelops ad aquam hauriendam. Myrtilus, absente Pelope, Hippodamiam vitare conatus est. Hippodamia reverto Pelope Myrtilum accusavit: eum Pelops apud Græcorum promontorium in mare detrusit, quod ab eo postea Myrtoon dictum fuit. *Enrip. in H. Oreste.*

Sardiani cum Smyrniæ belligerantes, & castris circa mœnia positis, legatos mittunt, se non antè discessuros, quam uxores ad coitum concessissent. Quum igitur Smyrniæ magnam ex necessitate probrum perpelli forent, ancilla quædam honesta facie ad herum Philarchum accurrentes: Mittite, inquit, ancillas ornari liberali. Quo facto, earum defatigati coitu, capti sunt. *Dejusteus l. 3. rerum Lydic. & Plut. c. 56. Parall.*

APEPOMARUS Gallorum regulus cum Romanis belligerans, non prius se cessurum inquit, quòd conjuges suas ad coitum exposuissent. Ceterum consilio ancillarum servas mittentes, barbaros libidine somnoque sepultos interfecere. *Ex Arist. Milesio l. 1. rerum Ital. Plut. Idem.*

C. VERRES, Cn. Dolabellæ legatus, Lampfacium veniens, pœducitur ad Janitorum quandam hospitium, comitesque, ejus item apud cæteros hospites pro more collocaut. Negotium adit ad sui pellicere obsequium potuisset, vim adhibuit. Armenius allatam injuriam magno dolore ferens, ut Principem ulcisceretur, clam urbem prodidit Saracenis, quippe

A miro artificio, quocumque venerat, hæc investigare solebat; desert Philodamem esse quendam genere, honore, copiis, existimatione facili principum Lampfacenorum: ejus esse filiam, quæ cum patre habitaret, propterea quòd virum non haberet, mulierem insensu pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. Verres sic exarfit, ut statim ad Philodamum migrare se diceret velle. Hospes Janitor, qui nihil suspicaretur, veritus, ne quid in ipso se offenderit, hominem summa vi retinere cepit. Ergo Rubrium, tanquam parùm lautè diversantem, ad Philodamum deduci jubet. Philodamus non legatorum affectas recipere solet. Sed Verres totum illum postulatam causamque neglexit, per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci impetavit. Philodamus noluit videri, ipsum illum Rubrium invitum in domum suam recepisse, magnifice & ornate convivium comparat: rogat Rubrium, ut quos ei commodum fit, invitet: locum sibi soli, si videatur, relinquat: ut etiam filium suum foras ad propriam quandam mittere ad cœnam. Tum Rubrius illius comites invitat. Eos omnes Verres certiores facit, quod opus esset. Maturè veniunt, discumbunt, sit sermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur. Hospes hortatur: poscunt majoribus poculis, celebratur omnium sermone lætitiæque convivium. Posteaquam satis calere res Rubrio visa est: Quæso, inquit, Philodame, cur non filiam tuam introvocari jubes? Ille, ut aliquid responderet, negavit, moris esse Græcorum, ut in convivio victorum accumberent mulieres. Tum servis suis Rubrius, ut januam clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat. Philodamus servos suos ad se vocat: hinc imperat, ut seipsum negligat, filiam defendant: ex curia aliqui, qui hoc tantum domesticum mala filio suo nunciet. Clamor interea fit: porta domo inter servos Rubrii atque hospitis. Aqua ferventi à Rubrio Philodamus perfunditur. Filius statim exanimatus ad ædes convalidat. Lidior Verres Cornelius, qui cum ejus servis erat, à Rubrio quasi in præsidio ad auferendam mulierem collocatus, occiditur: servi nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Hinc omnes ad eam domum, in qua Verres diversabatur, profecti, cædere januam fatiis, insitare ferro, ligna &amenta circumdare, ignem subjicere coeperunt. Cives Rom. qui Lampfaci negociabantur, concurrunt, orant Lampfacenos, ut gravius apud eos nonem legationis, quam injuria legati putaretur. Verres apud C. Neronem, qui Asiæ præerat, de vi legato pop. Rom. illata conqueritur: Cn. Dolabellam permoveet, ut relicto exercitu Neronem Laodiceæ conveniat. Condemnatur perpaucis sententiis Philodamus, & ejus filius: adest, instat, urget Dolabella, ut quamprimum secuti feriantur. Constituitur in foro Laodiceæ spectaculum acerbum & miserum, & grave toti Asiæ provincie: grandis natu patens adductus ad supplicium, ex altera parte filius: ille quòd pudicitiam liberatorum, hic quòd vitam patris, famamque sororis defenderat. *Cic. lib. 3. in Verrem.*

VI ILLATA.

Vide Tit. Stuprum Virginum, Matronarum, Viduarum, quatenus vim illis inferunt.

Urbs Mesopotamiae trans Euphratem, Edessa, à diebus Constantinii Magni Christianis cultui dedita, & beatissimi Thomæ Apostoli allatis ex India reliquiis inclyta, Saracenis omnes ferè Orientis provincias occupantibus, sola inter medios hostes permanerat incolumis. Mox occupata à Latinis Hierosolyma, Balduino Godofredi regis fratrem acceperat Principem. Balduino post Godofredum ad regnum Hierosolymorum evecto, principatus demum ad Joacelinum juniorem pervenit. Illo dominante, Sanguinus Saracenorum sive Turcorum Princeps urbi obsidionem admovit. Eo tempore Armenius quidam civis Edesse jure hereditario turrim quandam mœnibus urbis continenter incoluit. Hujus filiam eximia specie virginem cum infans deperire amore Princeps cepisset, nec blanditis ac ptoniis ulis ad sui pellicere obsequium potuisset, vim adhibuit. Armenius allatam injuriam magno dolore ferens, ut Principem ulcisceretur, clam urbem prodidit Saracenis, quippe

noctè dominicæ Nativitatis, cum sacrae in templis vigiliae agerentur, invitatos occultis conditionibus hostes, per turrim suam accepit. Saraceni in urbem intronissii, Christianorum sanguinem sicientes, templa subito infesto impetu invaserunt, atque Archiepiscopum factis operantem milerè unà cum clero macerant, ac reliquam virorum mulierumque turbam, stupore metuque ad omnem vim defensionem obtorpescentem, crudelissimè trucidarunt: ac demum tota Mesopotamia in potestatem abducta, ipsam Hierosolymorum regnum maximum in terrorem ac periculum adduxerunt, anno mclxlv. *Sigon. l. 11. regni Ital.*

VELESIAUS Pragensis, adolescens nobilis, amore puellæ Hebrææ captus, cum nec mente constare, nec ullo tempore quietus esse posset: modò ex mutuum à parente illius accipiendo, aliàs pignus oppignerando, redimendoque, aspectu puellæ perfruebatur, quando colloquium à parente intercepit erat. Eo agrotante, venit clam ad domum illius Veleslaus, larenque in insidiis, egressam puellam è cubiculo parentis adortur, nolentemque per vim seducit, & constuprat, ejulantemque, ne voce ejus proderetur, strangulat: proditus tamen continuò à vicino, qui intrantem & exeuntem viderat. Hebræus dolorem tantum post recuperatam sanitatem valde dissimulabat, ne si Veleslaum in aula gratiosum incedis homicidique reum faceret, à iudicibus aulicis novam insuper aliam contumeliam sibi accerferet. Ad insidias igitur animam convertit, Veleslai domestico, grandi ære corrupto, ut herum suum interficeret. Sed cædis auctor Hebræus diu celari non potuit. Itaque magna statim turbe inter nobilitatem & Pragensis civitatem sunt, utrique tumultuantibus, ad armaque conclamantibus: alteris, ut vim omnibus Judæis propter unum inferant; alteris, ut tantum impetum arceant, causamque integram regi cognoscendam referent. Isti postquam non solum in certamine, verum etiam in causa prævaluerunt, indignata nobilitas, odium in ipsum regem concepit, quasi proniorem ad plebis & Judæorum favorem, novaque tutus res, novamque conjugationem molitur, duce Stiborio cui cognomen à prudentia fuit Caput canum, penesque eundem magistratus, qui summum in regno jus reddebat. Ee quoniam haud dudum rex edicto penam capitalem in iudices, à quibus frans justitia fieret, auferat, non minus alienum ob hanc legem à rege animam habebat, quam cæteri nobiles, quorum frequens erat numerus, ob cæum minimeque vindictam Veleslaum. Ergo clam Premislaum filium Veleslai ad arma contra patrem sumenda incitant. Eisdem moram nequit, conspiratione detecta, capitur Stiborius, factaque questioe xxv. viros stemmate claros edidit, unaque cum illis justam penam dedit, qualem videlicet rex cunctis illorum in pibicis sibi allatis representavit: alios pibicium capite truncans, alios vetu transgens, nonnullos membratim discerpens, postremo hanc vocem adiciens, Quemadmodum obsonarunt, ita cætare illis oportet. *Dabr. l. 16.*

RAPTU VARIO.

Hic Rapum quasi ministrum Libidinis consideramus, qui aliquo ratione Injustitiæ ad locum Injustitiæ pertinet.

Puellarum, Matronarum, Meretricum.

Sichem Dinam Jacob patriarchæ F. rapuit. *Gen. 34.* Benjamite ducenti ab excisione tribus suis ob stuprum Levitæ uxori illatum superfluites, ut genus repararent, ducentas virgines Silurias in matrimonium rapunt. *Idem. 1. 21.* PHARAO, eum Saram uxorem Abraham (sororem eam esse illius credens) matrimonio sibi copulasset, magnis cladibus à Deo fuit affectus, donec eam Abraham reddidit. *Gen. 12.* ANTMELIEN Getarorum rex, cum Satam Abraham uxorem rapuisset, à Domino punitus fuit: ita ut tota ejus familia sterilis fuerit reddita, quoad Saram Abraham cum muneribus restituit. *Gen. 20.* Fabulati sunt antiqui, Orithyam Athenarum regis filiam, virginem fuisse forma præstantissima. Quam cum Boreas colligenter flores juxta fontem Cephusi vidisset, illam rapuit, & in Thraciam deportavit. Alii dixerunt, apud fluvium Atticæ fluvium raptam fuisse ludentem cum cæteris virginibus, ut ait in Atticis Pausan. & Dionysius in Sim orbis. Scripsit Ovid. l. 6. *Metamorph.* Orithyam fuisse in regnum Ciconum deportatam, ibi celebratis nuptiis, Boreæ geminos



A minus peperisse filios, Zetem & Calaim. Simonides non ab Iffio, sed à Brilliso raptam putavit, & ad petram Sapedoniam Thracie deportatam, non procul ab Hæmo monte. *Natalis Comes l. 8. c. 11.* Hefagoras in rebus gestis Megarensium, Boream, qui Orichyam rapuit, non ventum, sed juvenem fuisse ait Strymonis filium: qui cum illum in matrimonium à parentibus impetrare non posset, raptam in Thraciam deportavit.

Ajunt, Plutonem graviter tulisse, quòd solus omnium deorum cœlibem vitam traduceret, cum tanti imperii deus esset, neque ullam quæ sibi nuptui daretur, inveniret: quippè cum & Jovis esset frater, & deorum omnium opulentissimus. Nulla enim dea illum ob deformitatem & obscuritatem regni, maritum esse suum pati poterat. Ergo curru confenso, in Siciliam pervenit. Ibi Proserpinam Cereris filiam, inter ceteras virgines flores colligentem rapuit, & in curru ad fluvium Chemarum deportavit, unde ad sua regna, quæ sub terris esse putantur, reportavit. *Natalis Comes Myth. l. 2. c. 19.*

CATHEUS adolescens, Saliam Anii Thuforum regis F. rapuit. Quo factò iratus pater, in fl. Anienem ab eo cognominatum, prius Paridium dictum, sese projecit. *Plur. & Sabell. l. 4. Enn. 2.*

Post Colchicam expeditionem in patriam reversi Dioscuri, Pollux & Castor, cum Theseus Helenam rapisset, in Athenienses ad recuperandam sororem militarunt, & expugnata Aphidna, & Helena recepta, in amorem Phœbeæ & Talayæ filiarum Leucippi, Arinoeque sororum incidere, quæque ipsi in Theseo improbantur, in alios committere non dubitarunt (*Zetes non Phœben, sed Iacram vocat, alteram Leucippi filiam, Hist. 48. Chil. 2.* quam alii Naerim vocant) fuerant illæ Lynceo & Ida Aphareti filii desponsatæ. Orto bello ob acceptam injuriam ad Taygeti montis radices, Castor à Lynceo interfectus est: Lynceus iclus à Polluce columna faxea occubuit, de quo Pollux trophæum erexit. Cui cum Idas immineret, Jupiter Idam fulmine percussit, ut ait Theocritus. Alii Pollucem etiam casum dixerunt: nam cum uterque fe intra annosam quercum occultasset, à Lynceo mortalium omnium oculatissimo fuisse visos. *Natalis Myth. lib. 8. cap. 9.*

PIRITHOUS Ixionis filius, defuncta Hippodamia uxore, Polypito filio superstitite, Athenas ad Theseum quinquagenarium venit: cujus uxor Phædra cum defuncta esset, suscipit ei Helenæ Jovis ac Ledæ raptum, quæ tum decimum agebat annum. Alii negant, Helenam illum rapuisse: sed raptam ab Ida & Lynceo, apud fe servasse depositam, neque repositentibus Castori & Polluce restituisse. Venerunt ambo Theseus & Pirithous Spartam, puellaque quæ in templo Dianæ Orithiæ saltabat, raptâ, fugam cepere: pacti inter se, ut cui fors obtigisset, eam haberet uxorem, & alteri ad nuptias querendas alias præstò esset. His legibus missa forte obvenit illa Theseo. Itaque virginem hæud dum nubilem Aphidnas deportavit, matremque Æthram ei adjunctam amico suo tradidit Aphidno. *Sabell. lib. 6. Enn. 1. ex Plur. & Diad. Duris prodit Samius, raptam à Theseo Helenam annorum vi r. tamquam diu retentam, donec Iphigeniam suscepit filiam, eaque de causâ Lucinæ crectum ab ea templum Argis, inquit Paus. in Corinth. mox verò ea fuisse exutum, & Iphigeniam Clytemnestræ adoptatam.*

D Propter eâ Lycophon dicit, Helenam *δωρίαν ἠραϊνὴν ἰππάρκην ἠραϊνὴν*, raptam à Paride. *Cal. l. 7. c. 2. A. L. Ovid. autem in Epist. Helenæ dicit illi virginitatem à Theseo minime ereptam.*

Cum Pirithous in Proserpinæ desiderium incidisset, jurjurandoque adstrictum haberet adjutorem Theseum, ambo per Tænarum ad inferos descendentes, rapturi Proserpinam Plutonis. Ibi cum super petra quadam confedissent, inde consergere non potuerunt, donec Hercules ad rapiendum Cerberum profectus, Theseum, ut qui coactus eo accesserit, liberavit: ac Pirithoum ibi reliquit, quoniam confulto se in ea pericula conjecerat. *Testis Apol. l. 1. Argon. Zetes Hist. 41. Chilid. 2.* Theseum scribit in Molossoforum regionem una cum Piritho venisse, cujus regionis rex dicebatur Aidoneus, uxor Ceres, filia Kopp, sive Proserpina (nam mos fuit Molossoforum omnes formosissimas Proserpinas appellare) canemque eximie magnitudinis, Tricerberum habebat, cum quo proci puellæ certare cogebantur. Hi cum per infidias filiam regis rapere conarentur, re patet facta, in vincula coniecti sunt: & quoniam Pirithous

auctor illarum infidiarum fuerat, à Tricerbero lanatus est. E. Theseus, quia alieno ductu accesserat, in vinculis fuit retentus, donec Hercules eò ab Eurystheo missus ad abducendum Tricerberum, illum è vinculis liberavit. *Natalis Comes Mythol. lib. 3. cap. 16. & Sab. l. 6. Enn. 1. & Diad. lib. 4. cap. 5.*

Nessus centaurus, Dejaniram Herculis uxorem rapuit *Ovid. l. 9. Metamorph.* THESEUS ope Ariadnæ casò Minotauro, clam Minoe rege raptâ secum Ariadna, salutis suæ artificem, in Naxon insulam delatus, à Baccho admonitus, ut Ariadnam relinqueret, dum illum somno meram vidit, ex insula profugit. Eam postea in Dia insula duxit Bacchus, & ex ea Thoanem, Oenopionem, Staphylum, Evantem, Tautopolim suscepit. *Idem, & Athem. l. 7. c. 16.*

De Helenæ raptu à Paride commissio, quàm varia & incerta ferantur, vide *apud Sab. l. 7. Enn. 1.* Omnes Græcarum civitatum principes Helenam in matrimonium expetere. Unoquoque eam sibi contingere sperante, in legem à Tyndaro latam jurarunt, fe pro viribus defensores, si quis illam violaret, aut legitimum marito rapere conaretur, ut restatur Pausanias in Laonicis. Accidit, ut Paris cum xx. timentibus legatus ad repetendam Helenam, quam Telamon occiso patre Laomedonte rapuerat, navigaret. Is à Menelao in hospitium perthenigè acceptus est, cui Helenæ nuptiæ contingerant. Verùm cum re infecta redire cogere, neglecto jure hospitii, & Menelai amicitia, Helenam cum magna numerum, regniæque suppellectilis copia rapuit, ut scripsit auctor Cypriorum carminum, & *Herod. in Euterpe & Clio.* Fama est, Paridem vel ventis agitatum, vel confulto cum hac in Ægyptum navigasse, quia timebat, ne Menelaus cum Lacedæmoniorum classe insequeretur. Cùm appulisset ad Canopicum Nilii ostium, templum Herculis in litore invenit, in quo si quis servus confugisset, à nemine violari fas erat. Sacerdotes cognito ex servis facinoræ, graviter tulerunt primum injuriam, qua Menelam affecerat: deinde legationem Memphis ad Proteum miserunt. Alexandrum convitiis infestatus Proteus, incolentem quidem dimisit cum sociis, ad uxorem Menelai & divitiis apud fe retinuit, usque ad Menelai adventum, justique intra triiduum Alexandrum ex Ægypto discedere. Sunt qui dicant, G. hinc Alexandrum Trojam confugisse, inter quos fuit Duris Samius: legationeque Græcorum ad res repetendas missa, ne auditas quidem fuisse à Trojanis. Fama est, femel tantum in agro Atheniensium Alexandrum cum Helena congressum: cùm tamen Bunicus, & Corinthus, & Agnans & Idæus nati ferantur ex Helena & Paride. Eversa demum Troja, cùm Helena nullibi reperiretur, Græcos Trojanis, apud Ægyptios Helenam latere dicentibus, fidem habere cepisse, adeoque Menelam eam è Proteo salvam cum opibus recepisse. *Herod. l. 2.* Secundum Euripidem verò Paris non Helenam ipsam, sed simulacrum ejus rapuit, ex nube à Junone formatum: indignante Paride, quòd ab eo in judicio spreta fuisset. Vera Helena autem in ædibus Protei regis Ægyptiorum justissimi latens custodiebatur, illic translata à Mercurio. Inde post mortem Protei, Theoclymenus ejusdem filius, Helenæ nuptias captabat: quas cum ea avertatur, ac speraret futurum, ut salvus aliquando ex bello Trojano reverteretur Menelaus, pro idolo Helenæ contra barbatos pugnas: ad Protei monumentum, cujus fidei à Mercurio commissâ fuerat, supplex confugit. Paulo autem H. post, cùm Menelaus naufragus post multos errores, destructam jam Troja, in Ægyptum ejectione fuisset, cum paucis quibuldam sociis, afferens secum falsam Helenam ex ære fabricatam à Junone, eaque iterum ad caelos evolasset, veramque Helenam stupens & admirans in Ægypto invenisset: eam secum abreptam, auxilio Theones virginis vaticinæ, sororis Theoclymeni, in regnum suum letus repertavit.

Cum Pirithous Deidamiam vel Hippodamiam Atracii F. ducens, nuptias celebraret, Centauri Deidamiaz affines simul ac vino incalescentes, sponfam & reliquas Lapitharum uxores petulantius atterebat, & violare conati sunt. Id Lapithis non ferentibus, gravis pugna in regia committitur, multiplex ex Centauris in ea ceciderunt, Theseo præsertim adjuvante Pirithoum, ut patet in Scuto Hefiodi. Ad extremam victoria penes Lapithas fuit, in Pertheborum regione confederunt, ut testatur *Ophionis in Argonaut. & Strabo l. 9. & Ovid. l. 12. Metamorph.* Puellam ipsam ab hoc eventu Properthius Ithomachen vocat: *Qua*

A *Qualis & Ithomache, Lapitha genus heroïne, Centauris medio gratia rapina mero.*

EPOPEUS rex Peloponnesium Antiope Nyctei regis Thebanorum filiam pulcherrimam ambiens, patre renuente rapuit. Ortum est bellum creuentissimum, in quo Nycteus ex vulnere obiit, neque ita multo post etiam ipse Epopeus victor, cum prius ludis & facris præcatis, Minervæ templum erexit, antè quod locum divinitus fuit, dea gratam sibi dedicationem fieri fuisse hoc signo ostendente. *Paus. in At.*

Cum Lacedæmonii cum Argivis bellum assidue gererent, Argivi sibi statuerunt lectionissimum mille hominum præsidium alendum, quibus dux præfectus Bryas Argivus. Is & alia insolenter, ac libidinose multa in populum fecit, & virgini cuidam, dum ad virum duceretur, raptæ, vitium obtulit. At illa eadem nocte Bryantem somno oppressum oculis orbavit. Deprehensa, ubi illuxit, supplex ad populum confugit. Enimverò populus eam non dederat ad supplicium, deponentibus mille viris. Ad pugnam re deducta, victor populus nullum supplicii genus prætermisit. Interjecto dehinc tempore & alia expandi civis sanguinis causa facta sunt, & Manuei Jovis vigiliis dedicatum. *Paus. in Corinth.*

Pelagii ab Atheniensibus regione pulsus, cum Lemnum occupasset, gnati, quando dies festi Atheniensium celebrarentur, birenibus instructis, infidias manipulatim collocarunt uxoris Atheniensium, diem festum Dianæ apud Bauronem agentibus, permultisque illarum raptis abierunt, & in Lemnum delatis pro concubinis habuerunt. Hæc femina posteaquam libere abierat, lingua eos Attica ac moribus Atheniensium imbuerunt. At illi consecutivum cum Pelagidum filius habere abnebant: & si quis suorum ab illorum illo vapularet, cuncti auxilio aderant, & murò sese tutabantur: ac dignos fe, qui aliis pueris dominarentur, existimabant, atque adeo longè prævalebant. Quæ re animadvertita, Pelagii inter fe dicebant: Si nunc, dum pueri sunt, sibi invicem opulenter adversus filios uxorum legitimum, quas virgines duximus, quid facient adulti? Itaque filios è matribus Aticis susceptos necarunt, simul & matres. Ex hoc facinore & alio superiore seminarum, quæ viros suos unâ cum Thoante interemerunt, usi receptum est per Græciam, ut terretima quæque facinora Lemnia appellerentur. *Herod. lib. 6.*

THRASYMEDES, amore erga Pisistrati Atheniensis tyranni filiam magis magisque in dies accrescente, assumptis æqualibus suis sociis, puellam in mari sacrificium obeuntem observavit. Qui districtis gladiis verbum disjecerunt, inque navim impetum facientes, Æginam versus discesserunt. Hippias adultor Pisistrati filius, mare ab latrocinis repurgans, hanc certam navem ob remonum celebritatem latronum existimans cepit, foretorem recuperavit, eosque qui rapuerant, comprehensos redoxit. Thrasymedes, alique coram tyranno constituti, nullo modo supplices fe præberant, sed admodum viriliter, ut prohibito fe tractaret, hortabantur: dicentes, ex eo tempore fe contentemur mortem, ac pro nihilo ducere cepisse, cùm primum de rapto consilium inivissent. Pisistratus admiratus in juvenibus animi constantiam, filiam suam Thralymedi in matrimonium collocavit. *Polyænus lib. 5.*

APHARETUS Marpissam Eveni (qui Martis & Steropes filius erat) & Alcippæ (Oenomai filia) filiam formosissimam ex chorea rapuit. Pater autem fugientem insequens, quam prehendere non posset, in Lycotam fluvium fe præcipitavit. *Ex lib. 1. rerum Ital. Dosithei, in Parall.* CATHEUS nobilissimus adolescens Saitam, Anii Thufici regis filiam, egregia forma, cum indetentem adpexisset, adamavit, & raptam Romam duxit. Pater autem insequens, cùm raptorem prehendere nequirit, Parentum insiliens fluvium, ei nomen dedit. Anienem enim postmodum appellatum constat. *Arist. Milesius, & Alexand. Polybist. lib. 3. rerum Ital. Idem.*

Fuit Hallarti, quod oppidum est Bæotiz, formæ venuste puella, Aristotilia nomine, Theophanis filia. Hujus proci erant Strato Orchoemenus, & Hallartius Callisthenes. Opulentior Strato puellæ amore ardentius deperibat. Viderat Lebadiaz lavantem in fonte Eryne: erat enim futura Jovi regi canephora. Verùm superior erat in amore Callisthenes: nam & genere erat ei propinquus. Incertus, quid ageret Theophanes, quòd Stratonem mœneret, opibus & nobilitate omnibus penè præcellentem Bæotiz, statuit, optonem Tropho- *L. B. Theat. vir. Human. Tom. IV.*

niopemittere. Strato, cui fides facta erat à puella domesticis, animum ejus in ipsum propensiorum esse, rejecit eam ad puellæ judicium. Ut filiam interrogaret coram omnibus Theophanes, & Callisthenem illa prætulit: in presentia quidem non dissimulavit Strato, iniquo animo fe ignominiam hanc ferre: verùm elapso bido Callisthenem & Theophanem adit, petitque, ut amicitia sibi cum illis integra maneret, licet eas nuptias sibi quispiam invidisset. Illi probata hac oratione, etiam ad epulum nuptiale eum invitaverunt. Is subornavit sodalium globum, famulorumque manum haud exiguam clam inter hos distribuit. Dum ritu patrio puella ad fontem, quem Chissoffam dicunt, descendit, ut Nymphis solemniam antè nuptias sacra faceret: ibi concursu facto, omnes, qui in infidiis erant locati, puellam corripunt. Trahit ad fe illam Strato: retinet altera ex parte Callisthenes: quoad puella inter manus raptantium expiravit. Ac Callisthenes quidem protinus nuquam apparuit: sive manum sibi ipse intulit, sive in exitium abijt ex Bæotia, nec, quid eo factum esset, poruit quisquam dicere. Strato palam super corpus puellæ seipsum confodit. *Plut. in Anan.*

Persequatur privato quodam odio Pericles Megarenfes, F. quasi intervertisset agrum sacrum. Bellum iis ex Charini rogatione ab Atheniensibus populo internechtum & implacabile indicitur. Megarenfes causam omnem in Aspasia detorserunt, & Periclem, qui in Aspasia gratiam omnia faceret, allegaruntque celebratos & vulgatos hostes versus Aristophanis ex Acham.

*Juvenes profecti Megaram ebrii, auferunt Simatham ex scortatione nobilem. Megarenfis hinc populus dolore percitus, Furatur Aspasia duo corra haud impiger. Plutarchus in Pericle.*

ROMULUS ædificata jam Roma, cum conjuga deesset, per legatos à finitimis civitatibus uxor es petiit. Quibus negatis, ludos simulavit. Ad quos cum utriusque sexus multitudine venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt. *Livius lib. 1. Dec. 1. & Sueton. cap. 2. de Viris illust.* Harum alii xxx. Dionysius dcccxl. raptas tradunt, Valerius Antias dcccxl. Ad 14. Cal. Sept. quo die Consualia Neptuno equestri celebrata, anno V. C. quarto: aliis mense quarto. *Sabell. lib. 2. Enn. 2.*

*Vide Tit. Conjugia astute conciliare.* ANILÆUS Judarus, ex textore Babyloniæ præfectus ab Artabano Parthorum rege constitutus, Parthi cupidum uxore per vim raptâ, seque itoique perdidit. Siquidem oppugnata à Mithridate Artabani genero, in fugam coniectus, tandemque simulatione pacis à Babyloniis somno vinoque grativus, cum affectis omnibus cæcus est. *Iosephus lib. 18. cap. ult. Antiq.*

Apud Ardeates contentio ex parva orta, penè ad exitium crevit. Petebant puellam indigenam plebeja ortam adolescentem duo in uxorem, nobilis suus, alter plebejus. Hic puellæ tutoribus fretus, ille matris favore, que honestissimo matrimonio filiam locatum iri volebat. Cognitione in forum delata, secundum matris arbitrium judicator. Tuores de injuria decreti palam questi, cum plebejorum manu vi ex domo matris virginem rapunt. In hos accessus ira juvenis, optinam multitudine septus, impetum facit. Fe prælium: plebs urbe ejecta, locum menibus proximum occupat, nobilium prædia hostiliter populatur. Venerè interim his auxilio Volci, Civilio duce, quibus freti exules urbem vallo cingere adoriuntur. Erantque in aperto discrimine res nobilium litæ, quum eorum legati Romam auxilium imploratum venerent. M. Geganius consilium cum exercitu eò profectus, seditionis auctoribus securi percussis, otium civitati restituit. Ipe triumphans in urbem rediit, Civilio & hostium spoliis ante curram latis. *Sabell. lib. 5. Enn. 3.*

Uter Britannorum rex, pace cum Occa Saxone facta, & parte Albionis illi concessa, inter convivandum forte Londini, natali Christiano, in multiterm excellentem forma convertit oculos. Erat ea Gotholus Coronejæ principis uxor. Hanc ad fe per cubicularium evocat. Gotholus, ne uxoris pudicitia illuderetur, Londino clam cum conjuge abijt. Uter ingentes insequitur, feminaque potius, suscepit ex ea filium Arturum qui post patrem regnavit in Britannia: Gotholus verò maritum longa obfisione fatigatum captumque, eo prætextu, quòd Nathaliodum, in pugna adversus Saxones, contra regium imperium in Britannia reipublicæ perniciosum delerisset, occidi mandavit. Sunt qui scribant, Merlini magi operâ Uterum in Gotholus speciem transformatum, eo commento mulieris potum amplexu. *H. Boetius lib. 9.*







A venationis, quod Bachonis atas non conveniret. Imenodora, deterrendo eum, illudendoque duriores erant, quam qui scilicet obfitebantur in hisce nuptiis adventarii. Pudebat enim eum, quia adolefcens adhuc foret, matrimonium tenere vidue. Imenodora, quæ non averfium esse putabat ab nuptiis Bachonem, sed vereri deterretes: ex amicis eos, qui maxime moribus erant juvenilibus, ejufque amori fludebant, & mulieres familiares accivit, & contraxit, obfervavitque horam, qua folitus erat concedens ad palæstram Bachon præter aedes suas modestè tranfire, qui ut accessit cum duobus vel tribus vinctus, ipsa ad fores accurrens, chlamydemque ejus attigit tantum. Amici pulcrum pulcrè in chlamyde & læna correptum conglobati in domum deportarunt, forteque extemplo obfervaverunt. Continuo mulieres intus ablata chlamyda injerunt ei pallium nuptiale. Famuli in omnem partem circumcurfantes, oleaginif & laureis fertis fores non modo Imenodora, sed Bachonis quoque ornaverunt. Tibicina canens vicum percurrere. Thefpientef & peregrini partim ridere, partim fremdere & excitare gymnafiarchas (regunt adultos hi acriter, attenduntque diligenter, quid illi agunt.) Omitebantur ludi, relictoque theatro ad limen Imenodora difputabant, & confitebantur inter fe. Nuptiæ tandem fumma actè celebritate. *Plutarchus.*

MARTHA filia Comitif Cariz (qui in Africa contra Saracenos cum Ludovico Gallorum rege militans, aeris infolenfia perit) cum in fylvis animi gratia venaretur, obvium fortè habuit Robertum Brui, dominum vallis Annandiz in Scotia & Clellandiz in Anglia, nepotem ex Ihabella fecunda filia Davidis Hundintoniz Comitif: coque in caftellum Tubori deducto, hi celebratis quam citiffimè, ne quis fortè impediret, nuptiis, matrimonio illum fibi junxit. Natus inde Robertus Brui, qui postea, Alexandri Scotorum regis ftripe deficiente, regnum adeptus est. Rex, efi indignè ferret, Martham adolefcenit tantum femel vifo nupiffie, precibus tamen exoratus, hæreditatem paternam retinendam poffidendamque reliquit. *H. Boeth. lib. 13.*

MORBI SIMULATIONE.

De Leda, *Martialis lib. 11.* quæ hysterica fe finxerat, ut ex medicorum præfcripto veneris uluf fibi imperaretur, impotente interea marito vetulo:

*Sed stens, atque gemens, tanti negat esse salutem,  
Seque refert potius propofuisse mari.  
Vir rogat ut vivat, virides neque deserat annos:  
Et fieri quod jam non facit ipse, juvit.  
Protinus accedunt Medici, medicæque recedunt,  
Tollunturque pedes, o medicinæ gratia!*

IMPERII SIMULATIONE.

CLAUDIUS Imperatoris uxor Meffalina, falatorem quandam Mneftrem nomine, cujus amore capta erat, cum nec pollicitationibus, nec minis ad concubitum percellere potuiffet, curavit, ut isâ Claudio ipfi parere in omnibus juberetur, quasi ad alias res ejus opera ultra efferet. Sic ille cum ea rem habuit, quasi id quoque ab Imperatore juffus efferet. Idem cum aliis quoque multis aulâ, adulteris fui copiam fecit, quasi conficio marito, & ad lasciviam ipsius connivente. *Zonaras & Suetonius.*

RELIGIONIS SIMULATIONE.

Vide Tit. *Astus amatorii, religionis simulatione.*

\* Narrat *Pogginus in Facetis*, fuiffe Scutram tempore Francif IV. Ducis Patavini, qui plures mulieres & matronas ad concubitum pellexerat: vulgata sceleris fama, captus à Prætorè, cum Scriba nomina matronarum, quibuscum rem habuerat, explicaretur, imò minis contenderet, ut ea ediceret: ille fufpirans, Et tuam ergo prioribus adjungas, ait. Quo dicto calamus præ dolore è manibus ipsius prolapsus, maximum rifum omnium excitavit.

Mahumetani multas habent scettas. Inter has, una est eorum qui Elaured, hoc est Trunci appellantur, & viliffimo habitu Africam circumneunt, stellas unum Deum esse afferentes, & nullam legem, neque fidem eroneam: cuique enim adorare licere, quod fibi videatur. Horum unum in foro Alcanti fe palam cum primatia femina è balneo egressa congredi vidiffie, *Joan. Leo lib. 3. c. 42.* Africa affirma: omnes mox accurriffie, & vestes mulieris tanquam sacrosanctas manibus tetigiffie. Matrum, cognito facinore, deum benedixiffie, solennique con-

vivio & electiffimo gaudium suum celtatum, qui dignus habitus efferet, cujus uxorem propheta simulato concubitu divinis repletur charifmatis.

In urbe Sangallensi ante aliquot annos Anabaptiftarum secta mirabiliter grassabatur. Erat juvenis elegans, cui uxor erat puella, item elegans. Hunc adit anus quadam: Spiritus, inquit, juffit, ut habeas rem mecum. Cui juvenis: Mihi, inquit, diverium juffit, ne unquam rem habeam cum vetulis, fed cum uxore juvencula. *Gibertus Cognatus lib. 8. Narrationum.*

MAGIA.

Medeam vocatam memorant, quia omnibus artibus conanata fit Jasonis amorem in fe vertere, ut est apud *Diphilum*:

— *ἢ γὰρ φαρμακώδως*

*Μήδεια κελύων ἄτι κατὰφύσιν τίζει.*

— *Medica vocata est.*

*Ille venesicū quid fraudes reperit omnes.*

Hæc dicta eest fenes nonnullis juvenutis restituisse per herbas & ignem: quia in sui desiderium eos attraxerit artificiosè, feceritque, ut tanquam juvenes imprudentes & impudentes efferent.

Sclerus Sethus sub Manuele Comneno Imperatore virginem malo Perfico per lenam misso in sui amorem petraxit. *Nicetas lib. 4. histor.*

Magi fuis carminibus Phania Porterii Hierofolymitani servum conciliarunt herilem filiam. *Marul. lib. 2. c. 12.*

Mabometus pseudopropheta uxorem duxit Edagim viduam opulentam, quam artibus magicis in sui pellexit amorem. *Paulus Diaconus lib. 18. & Vincentius lib. 3. Zonaras tom. 3.*

SACRILEGIO.

PHAYLLUS tyrannus Arifionis Oetæorum præfecti uxorem amans, per internuncium auri & argenti vim magnam illi fe daturum pollicebatur: juffique dicere, quacunque saltem indigeret re: nihil enim frustra fe eam petituram effer. Illa ergo multo desiderio moniis tenebatur illius, quod in templo Minervæ Providæ fufpenfum erat, quod Eriphytes fuiffe ferebatur: vehementerque fe dignam videri cupiebat, quæ hoc munus ab eo acciperet. Quare Phayllus detrahit reliquif ex Delphis oblationibus, abfultit etiam monia: idque in domum Arifionis delatum, aliquandiu quidem gelfatus ejus uxor valde glorifabunda; non longè verò postea caftus accidit consilium planè illis, quæ de Eriphyte narratur. Minor enim natu filius ejus furtores correptus, domum incendit, matremque simul cum plurimis opibus exuffit. *Parthenius de Amat. 25.*

PERFIDIA ET PRODITIONE QUACUNQUE.

MOYSES, divino responfo à Pharaone adversus Æthiopes creatus Egyptii exercitus dux: urbem Sabam, quam postea Cambyles à foreto Meroen appellavit, obfidere cepit. Cum autem oppugnationi difficultas ingens inesset, Tharbis Æthiopiæ regis filia à matris Moyfem conspicata, ad eum amore incaluit, ut per secretos nuncios polliceretur, fe urbem daturam, si fe uxorem duxiffet, neque ultra Æthiopen aliquem occideret. Assensus Moyfes, atque urbem ingressus, in Æthiopes prius magna peracta cæde, Tharbin in matrimonium duxit, neque post deponationem factam ultra quenguam occidit. *Iosephus lib. 2. Antiq.*

Cum Jason cum lectiffima Theffalorum manu Peliz juffo in Colchos navigaret ad aureum veltas rapiendum: periculorum magnitudinem verita Medea, ne iis Jason obrueretur, fecit, data sibi fide, quod fe uxorem duceret, ut per magicas artes vim periculorum nullo negotio fuperaverit, & aureum veltas abftrulerit. Mox cum frater Abfyrus illam insequeretur, fertur illum comprehendit juxta Abfyrus interulus necesse. *Strabo lib. 7.* Acnulfus inquit, Medeam fratrem fem abduxiffie, & cum inlaret pater persequens, cum difperiffie, atque in eminenti fopulo manus & caput in Ponto expofuiffie, reliqua membra in regione illa fpariffie, ut patris curiam retardaret. Quam sententiam fecutus est *Ovidius lib. 3. Triftium. Natalis Comes Mythol. lib. 6. c. 7.*

SCYLLA Nifi regis filia, Minois (â quo pater obfidebatur) amore capta, purpureum capillum, qui ex vertice patris dependebat, clam noctu abrafit, & Minoi tranfmiffit. Eo accepto, potuit tandem Minois Nifum & vita & regno privare. Minocem abeuntem Scylla fequitur. Sed desuper eam inlstante Halæto, in quem Nifus pater commutatus fuerat, ipsa quoque in avem mutata abiit. *Ovid. in Metam.*

A Piffidice Methymna, puella, infano Achillis amore patriam ei prodidit. *Parthen. in Amat. cap. 21.*

DIOMETRUS Erythæorum dux, auxiliarius Mileforum in obfidione Naxiorum, amore Polycrite virginis exercitum suum prodidit. Quom enim plurimum inlaret, dicereque Polycrite fe periturer non poffet, nisi juramento præftrito, effecturum fe polliceretur, quicquid ipsa vellet: Diogmetus juravit per Dianam. Tum illa de proditione exercitum cum compellavit. Is ab amore victus, & prodidit exercitum, & unâ cum reliquis per ignorantiam occifus est. *Idem.*

Inter Hippodamiam procos erat Pelops. Eius forma capta illa, clam egit cum Myrtilo, ut victoriam Pelopi conciliaret. Ille ergo clavos modiolis rotarum non immiffit, atque ita Oenomaus à Pelope victus est, labentibus rotis. Alii dicunt, Oenomaum fuperatum fuiffe à Pelope, quia Myrtilus ceteros clavos modiolis inliffet.

Tarpejam Cæcis Capitolium prodidiffie, ait *Simulus poeta apud Plus. in vita Romuli*, ut eorum regis amore fadaretur.

TITUS MINURTIUS eques Romanus, amore infano servæ capus, eam feptem talentis Artius emit: fed cum folvere non poffet, & impetrare non poffet, conftrato occ. fervorum exercitu, servile bellum cepit. *Diodorus lib. 36.*

CACANUS rex Avarum, Julienfium moatiffimam urbem in Venetia recessu obfidebat: Erat rotius rei fumma penes Romildam, quæ Gifilphi (aliis Gifilfi) Longobardorum ducis fuerat uxor, quem Cacanus non multo prius prælio victum interfecerat: Romilda hofis pulchritudine capta, quem viderat muris obequantem, urbem hofi tradidit cum duobus filiis & regia gaza: ipem connubi fecuta, quod occultè cum Avaro pepigerat. Præftriffidem Barbarus, ac noctem unam prolegitima habuit conjuge. Cæterum mulieris intemperiem detestatus, quæ omnem & genituf fuis & filiorum fortunam intempettivis nuptiis poffubauiffet: duodecim robuffiffimis militibus confuprandam tradidit, atque per hos male affectam, palo poffmodum per pendenda adacto defixit. *Sabell. lib. 4. cap. 11. & Bonf. lib. 8. Decad. 1. Sigonius lib. 2. Regni Ital.*

RODOLPHUS Burgundorum rex, profectus cum exercitu in Italiam, ut regnum illud occuparet: amore corti Hermingardæ reginæ libidinofiffimæ inelcatus, ipse noctu Papiam ad eam venit, & manè facto in fuos impetum fecit. *Cufpiniannus.*

REPUDIO, DIVORTIO INJUSTO.

C. CALIGULA uxorem duxit Lolliam Paulnam, cujus virum Memmianum Regulum coegit eam fibi depondere, ne eam quæ deponata non effer, contra fuo faque duceret: eandemque poff repudiavit. *Xiphil. & Suet.*

VORTIGERNUS Britannorum rex, uxori Chriftianæ Roxinam Hengifi Saxonom ducis filiam infigni forma, idolis addictam fuperinduxit. Mox penitens facti, ab Hengelfo defertus, à proceribus in vincula conjectus est. *H. Boethius lib. 8.*

DURSTUS, Scotorum tyrannus, repudiavit Agafiam Britonum regis filiam, prius foediffimè proflitutam, meretricium grege fuperinducto. *Idem lib. 2.*

JOANNES, Joannis regis Boemif filius, Margarita filia Henrici Carinthiz principis ducta, Carinthiam dotis nomine accepit. At Ludovicus Bavarus, Boemo Gulfe factiohis patrono inlertus, induxit mulierem, ut virum de impotentia inlimalaret, ab illoque diverteret, offerens ei poff divortium factum filii fui Ludovici nuptias. Nihil impudentius muliere petulante: accular, quoquo modo poffet, infontem maritum, illumque mox delerit, & dotem repetit Cæfaris viribus, quibus ille Ludovicum filium præfecit, quem admodum rex luis copiis Carolum filium, Joannis fratrem. Atrocif & ambiguo prælio depugnatum, ex quo par inter Cæfarem & regem confecta est, hac lege, ut filius Cæfaris fibi Carinthiam haberet, quando uxorem quoque alienam habuit: ac Joannes, regis filius in folatum adempte fibi conjugis eam regionem, quæ Tyrolis nuncupatur, fobineret. Idem mox Joannes, procreato ex concubina filio, calumniam uxoris de impotentia apertiffimè confutavit. *Dubravinus in hiff. Boemica. At Cranizius lib. 8. Pand. c. 18. & lib. 9. Sax. c. ap. 16. & 26.* Venceslao (qui poff Carolus dictus est) fratri Joannis, Margaritam deponatam tradit: eamque ultro apud Imperatorem de mariti impotentia & prolis desperatione queffam, à filio ejus Ludovico marchione vix admodum à patre perfufo, rapto fuiffie. Pontificis inde confilio, qui Ludovicum Bavarum oderat, Carolum Ludovico æmulum, qui dicebat, Valdemarum marchionem præde-

cefforem, non vita functum, fed ex peregrinatione longinqua E reverfium. Poff variis clades, quom Ludovicum, patris hæres, imperii teneret infignia, interventu amiorum Carolo ea tradidit: viciffim Carolus conjugem, quam rapuerat, habere permiffit: investivique eum Marchia Brandeburgenfique arque Siftia, & Bavariz paterno principatu, poffhabito adulterino marchione.

VITÆ PERICULO, CERTAMINE CUM

Frustribus.

LEANDER Abydenus per infanos fluctus Bosphori Thracif ad Ero puellam, quæ in Seffo habitabat, natate aufus, cum feptius furta fua repeteret, tandem fluctuum impetu obrutus perit. De eo *Virgil. 3. Georg.*

*Quid juvenis, magnum cui verfat in offibus ignem  
Durus amor: Nempè abruptis turbat a procellis  
Caca nocte natat herus freta: quem super ingens  
Porta tonat cali, & fopulis illifia reclamant  
Æquora, nec miferi poffunt revocare parentes,  
Nec moritura super crudeli funere virgo.  
Bellius.*

PHYLUS, amore Cyni Apollinis filii, leonem primùm abfque ferro interfecit: vultures deinde duos vivos cepit, eoque ad Cynum detulit. Tertio taurum ab armento manu ad Jovis atam adduxit. *Liberalis ex Nicandri l. 3. Alterat. & Ario Lacone.*

PELIAS Theffalia rex, Alceftidis filiz Proci propofuit conditionem, ei fe daturum filiam, qui leoni apsum juffiffet. Ergo cum Apollo Admeto rationem monlftraret, Alceftidem ei conciliavit. *Enripides in Alceftide, & Eufochius Iliad. 8.*

Flaminibus.

DIOGENES & Hegefippus in Palleniaciis ajunt, Sithona Hodomatum regem, gentiffie filiam Pallentem, pulchram fanè & gratiffimam, ut eo nomine plurimum ejus fama increbuerit, vernerintque ad eam Proci non folium à Thracia, fed etiam à remotioribus locis, quidam ex Ilyride, & ex habitantibus ad rivum Tanaim. Sithonem autem ajunt, primùm quam veniffent proci, pugnam fecum committere juffiffe, victori filiam, victo mortem præntium proponere. Hoc modo valde mulieris fufultit. Pofftea verò, quam vires ipsam deftuenter, filium fibi placare volens, duos procos invicem configere juffit, Dryantem & Clytum, propofito victoriz præmio, ut victor regifio & filia potiretur. Inlante die certaminis, Pallene vehementi Clyti amore flagrans, maxime timebat illi: neque tamen ulli ex familia ejus audebat id indicare. Multas itaque lacrymas incaffum effundebat, donec nutritor ejus tenex Praxines clam convenit aurigam Dryantis, auroque multo promiffio perfuffit, ne fibulas rotis obdeter. Quom igitur invehere Dryas in Clytum, rota ei de curtu deciderunt, atque fic ipfum de curtu prolapsum invadens Clytus occidit. Sithon inlidiis filiz cognitis, ingentem pyram extruxit, cui impofuit Dryantem, in animo habens fimul maclare & Pallenen. Sed fpecto divinitus apparente, ac aqua multa repente de celo effufa, nuptiis apparatus præfentem Thracum multitudinem placavit, filiamque Clyto in uxorem dedit. *Parthen. de Amat. c. 6.*

Oenomaus Alxionis feu Martis filius, ut gens Elidis ac Pife, cum percepiffet, ex oraculo futurum, ut à retero interficeretur, filiamque haberet eximiaz pulchritudinis ex Eurythoe Hippodamiam, omnibus artibus conatus effer homines ab ejus conjugio deterrete. Atque curule certamen propofuit proci ca lege, ut qui victus fuiffet, trucidaretur: qui victor extiffet, Hippodamiz matrimonium obtineret. Alii tamen, patrem filiz amatorem nemini eam voluiffie concedere dicunt, & ad neceffitatem excufandam oraculi auctoritatem confinxiffie. Cæterum Proci numerantur Matrax, Alcaathos Pathonif filius, Euryalus, Eurymachus, Ctoralis, Acrifas Lacedæmonius, Caperus, Lycurgus, Lafius, Chalcedon, Tricolonus, Ariftomachus, Prias, Pelagou, Æolius, Cronus, Erythrus Leuconis filius, *Pausanias lib. 6.* fcribit, Marmaca omnium primum veniffe, & quadrigatum curfu victum, ante alios ab Oenomaom necatum: iifque omnibus poff necatum Oenomaum, honorificum cenotaphium erectum, ad idque parentiffie Pelopem, quam diu Pifeorum imperium tenuit. Cum forma præfentem Pelopem Hippodamia vidiffet, in ejus amorem incidit, atque clam egit cum Myrtilo, ut victoriam Pelopi conciliaret. *Natalis Comes lib. 7. c. 17.* Concedebat Oenomaus proci, ut Hippodamia.